

29. Mandement de l'official de l'évêque de Lausanne au juge temporel du Chapitre concernant le procès de Jaquemod Forney

1525 décembre 1 – 2. Lausanne

Résumé : L'official de l'évêque de Lausanne, à la requête des chanoines François des Vernet et Urbain Flory, ordonne au juge temporel du Chapitre cathédrale de Lausanne Jean Costable de ne plus agir en justice, selon la clame du prud'homme Claude Jaquet, contre Jaquemod Forney de Renges à propos d'un différend portant sur une partie de maison. Le mandement, daté du 1er décembre 1525, offre un délai de dix jours sous peine d'excommunication en cas de désobéissance, et convoque le juge et le prud'homme à comparaître devant la cour de l'official le sixième jour après l'issu du mandement pour présenter ses allégations. Le lendemain, le 2 décembre 1525, le notaire juré de la cour de l'officialité 5
communique le mandement aux destinataires. 10

Commentaires : Ce document occupe les pages 455 à 458 du registre Ac 29 des ACV. Il s'agit d'une grande feuille pliée en deux. Les pages 456 et 457 constituent le recto du folio sur lequel est rédigé le mandement ; les pages 455 et 458 forment le dos du folio, dans lequel se trouve l'attestation du notaire, authentifiée à l'aide de son signet. 15

Une partie du dos de ce document plié en deux est aussi utilisée comme page de garde du cahier du procès Jean Massot, qui s'est déroulé en juin 1525 (SDS VD D/1 28 : ACV, Ac 29, p. 459–468). Cela explique la présence de cette pièce sans rapport avec la sorcellerie dans le registre Ac 29, et nous indique aussi la possible provenance du reste des procès de 1525 conservés dans ce registre, issus probablement des archives épiscopales de Lausanne. 20

Officialis curie Lausannensis universis et singulis curatis, vicariis, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscumque curieque nostre juratis super exequutione presentium requirendis, salutem in Domino.

Nobis pro parte venerandorum dominorum Francisci de Vernetis et Urbani Flory canonicorum Lausanne expositum extitit verum esse quod Jaquemodus Forney de Rengerenge fuit tractus in causam coram nobili viro Johanne Costabilis, judice temporali venerabilis capituli ecclesie cathedralis Beate Marie virginis Lausannensis, ad instanciam honesti viri Glaudii Jaquet predicti loci de Rengerenge, coram quoquidem nobili judice suam talem qualem formavit petitionem citra tamen illius approbationem occasione cuiusdam partis domus ; de quaquidem vero petizione ipse Jaquemodus Forney allegavit in querentes predictos dominos Franciscum de Vernetis et Urbanum Flory, qui quidem dominus Franciscus et Urbanus onus huiusmodi querentie in se assumere intendunt. Supplicatum nobis propterea pro parte predictorum dominorum Francisci de Vernetis et Urbani Flory exponi quathenam sibi super premissis de opportuno remedio providere dignaremur, officium nostrum humiliter implorando. Cui supplicatione ut consone rationi annuentes attendentesque quod juste supplicantibus non est denegandus assensus, igitur nos officialis prefatus vobis quibus supra expresse precipiendo mandamus quathenam auctoritate nostra moneatis canonice et competenter predictum Glaudium Jaquet ex adverso principalem instantem nobilem virum Johannem Costabilis judicem temporalem predicti 25
venerabilis capituli, quos tenore presentium sic monemus, ut ipsi infra decem 30
35
40

5 dies proximos post exequutionem presentium immediate sequentes a predictis
clama, assignatione, petizione, instancia, turbacione, molestacione, inquietacione,
impedimentis et ulteriori prosequutione se penitus et omnino desistant,
alioquin ipsos monitos quos nos lapsi / [p. 456] dicto termino, pro eorum con-
temptu et inhobedientia, ad instantem predictorum dominorum Francisci de
Vernetis et Urbani Flory supplicantium, exc[omunicamus] in hiis scriptis exco-
monicatosque publice nuncietis, nisi causam justam et rationi consonam, quare
premissa sic fieri non debeant, allegare voluerint. Ad quam allegandam citetis
10 ipsos perhemptorie coram nobis Lausanne ad diem sextam post exequutionem
presentium immediate sequentem hora prime quasi etc., dictam causam dictur-
os et allegaturos, inhibentes eisdem monitis, quibus et nos tenore presentium
inhibemus sub excommunicationis et aliis juris penis, ne pendente hac monicio-
ne et causa super eadem aliquid novi directe vel indirecte quovis quesito colore
attemptent, faciant vel innovent in prejudicium predictorum dominorum Fran-
cisci et Urbani atque Jaquemodi Forney. Quod si secus factum fuerit, nos id to-
15 tum revocabimus et in pristinum curabimus reducere statum justicia mediante.
Cum intimacione eisdem fienda quod sive venerint sive non, nos in premissis
et circa ea procedemus juris via.

Datum Lausanne die veneris post festum Sancti Andree apostoli prima
20 mensis decembris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto
[01.12.1525]. / [p. 458]

Cum debitis honore et reverentia receptum est mandatum, cuius copia re-
tro scripta [est]^b per me notario et [scriptoris jurati honorabilis^c officialis]^d¹
Lausannensis subsignatis, et inde exequutum contra et adversus^e Claudium
25 Jaquet^f [pronominatis] ^g-et [...] nobilem^g Johannem Costabilis seniorem^h ju-
dicem venerabilis capituli Lausannensis temporalem, ipsis citando, monendo
eisdemque in[hibendo][...] et [...]lendoⁱ pro ut in eisdem litteris mandatur ac juxta
earumdem vim, formam, continentiam et tenorem, nichil ^j-de contingentibus in
eisdem^j obmittendo.

Datum Lausanne die sabbati secunda^k mensis decembris anno quo retro
30 [02.12.1525].

[Signature :] [Seing/signe notarial]

Original : ACV, Ac 29, p. 456–458 ; Papier.

Littérature : Choffat 1989, p. 9 ; Ostorero et al. 2007, p. 23–24, 30–33.

a *Endommagé par coulure d'encre, complété(e) par analogie.*

b *Omission, complété(e) par analogie.*

c *Lecture incertaine.*

5

d *Complété à l'aide de ACV, Ac 29, p. 455.*

e *Suppression par biffage : no.*

f *Suppression par biffage : retrono[minatis].*

g *Endommagé par la couverture de la reliure, complété à l'aide de ACV, Ac 29, p. 455.*

10

h *Lecture incertaine.*

i *Endommagé par la couverture de la reliure, complété à l'aide de ACV, Ac 29, p. 455.*

j *Endommagé par la couverture de la reliure, complété à l'aide de ACV, Ac 29, p. 455.*

k *Endommagé par coulure d'encre.*

l *Une partie de ce passage apparaît dans la page 455, qui a servi de page de garde du procès Jean Massot.*

15